Quelle: http://manuscripta.at/?ID=392
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

rege christiano auditum non legitur precepisse, pro maxime quia per illum constantinum
maximum quem domus illa regalis Anglie parturivit natum in Eboracensi
civitate qui primus Imperator christianus licenciam dedit per universum orbem
quem suum regebat imperium ecclesias construere immensa adhoc conferens
bona / hic Silvestro pape suum palacium lateranense Romam plurimasque civitates
et provincias contulit in Romane ecclesie dotem et primus dedit christianis
licenciam generale concilium ad extirpacionem heresum congregare et in tantum
honoravit ecclesiam quod ipsius clericos deos dicitur appellasse

De sacra unccione prefati Regis exqua merito christianissimus dici potest antiquis-
sime facta de ipso videlicet Rome per leonem papam quarto que sacra unccio non
data regi Castelle nec concessa legitur et si concessa legatur / tamen diu post
est sicut precedens consecrationi episcopi facit illum alijs anteferri quia nec
ante bene potest dici episcopus sed solum electus et confirmatus dicitur / sic Jura
volunt Jta et in Regibus dicendum necessario ut illum plenum atque sacre sceptre
ac solium regale sacratum tenere seu teneatur / qui est sacra unccione unctus
et qui prior unctus prior in sede sit et loco et alijs non unctis vel cuius
unctis iuste et merito debeat anteferri

De modo unccionis et loco persone cui unccio sacra applicatur Nam Reges
Francie et Anglie in eorum capitibus unguntur ceteri vero in scapulis aut alijs
membris exquo modo ungendi et loco persone secundum hostiensem Archidiaconum et doctores
maior dignitas et excellencia subinfertur et eo maior qua dicte unccionis
virtute ut firmiter in Anglia tenetur et creditur ymo experimento probatur
quod egri caduco morbo infecti et alijs nonnullis languoribus laborantibus manus
regie imposicione cum certis in die parasceue consecratis annulis liberantur

De libris cerimoniarum Romane curie que velud domina mater atque magistra
ut dicitur canonibus normam dat alijs et rectum quem nos sequi omnino
tenemur Jnquibus apparet ipsum Regem Anglie Regi Castelle anteferri
Non est autem dubium quin ex illis libris plena surgat et efficax probacio
in factis antiquis ymo et litteras mirorum et picture illorum Jura et Jurium
doctores stari statuunt atque decernunt Est ita secundum dictum libri Concilium
Constanciense preeminencias Regum suo decreto perservavit quod precipue est in hac
materia attendendum et pernotandum

De ordine eciam scripture in Nonnullis Jurium et canonum et Concilij locis ac
in diversis epistolis Bernhardi aliorumque plurimorum sanctorum qui ordo in dubijs pro
baroribus quarum dubietas sepe exerci dequa agitur antiquitate surgere solet probacionem
affert validam et efficacem ut Jura exigunt Juriumque doctores ·